

inceptantes^(a) a virtute et bonis artibus facile transversos ducant, ut sunt vulgi iudicia damnateque eorum sententiae. eos enim sapientes, eos bonos, eosque denique felices credimus quos vulgus tales iudicat; nec quae^(b) rectum iudicium, sed quae publica opinio tenet, sentimus. ideo in studiis nostris non quid decens aut honestum sit, sed ambitione et avaritia honores^(c) ac emolumenta perquirimus. ille artes in pretio sunt, quae plurimum lucri dant; hique magnifice extolluntur, qui quovis modo, iure vel iniuria, augere opes norunt. nemini iam turpe est feneratorem fraudulentumque alienarum rerum raptorem fieri. reliquos illicitissimos questus taceo, quos eo obnoxius querunt, quo maioris fructus existimant. quo fit ut vulgi iudicia sectantes in easdem ipsi opiniones veniamus. qui enim aliquem videt sordidis lucris plenum, quem homines honorent, cuius industriam magnis laudibus probent^(d), splendide in conventu eorum quos dicunt bonos cives sedentem, late perambulanti, omnibus veritum, atque inde virtutem abiectam, nulli conspectam omnibusque calcatam; qui ergo novus in hunc vivendi iocum veniens, hec videt, tantamque, iuxta existimationem reliquorum hominum, impietatem^(e) concipit. nam eius^(f) in animum venit eam, quam vulgus potiore iudicat, partem sequi et se ceterorum sententiis conformare. ea propter, si copia rerum suppetat, deliciis dediti otio marcent; si querende sint opes, hi se stipendiis ascribunt, ut publica licentia per vim et rapinas aliena sua faciant; hi se negotiationibus dedunt, ut fraudibus et periuriis censum augeant; hi etiam litteris, non ut docti, sed ut quam maxime pecuniosi et honorati fiant. sicque de reliquis multis artibus, quae cum bone sint, malo eas usui habent. et postremo, ne quid deesset^(g) quod consiliis iuventutis officeret^(h), adest parentum imperium, qui non nostrum, quod tamen plerumque deterius est, sed suum in eligendo iudicium sequi cogunt. aut enim artes suas fructuosas experti, easdem liberos agere volunt, aut longa consuetudine eas fastidientes, quae in se nequiverunt, in liberos tentant experiri.

e, oltre a ciò, seguendo le tristi opinioni del volgo,

è indotto a cercare non quello che è retto ed onesto, ma gli onori ed il guadagno, e ogni cosa stima secondo il lucro che gliene deriva, giusto o ingiusto che esso sia.

Il turpe ricco vien lodato, dai «buoni cittadini» onorato, e tutti lo tengono in riverenza; la virtù invece è misera, sprezzata, calpestata: talché il giovane, ciò vedendo, altrettanto malvagio ne diventa, giacché si conforma al giudizio del più, e quindi o mollemente nell'ozio vivrà, o, se gli fa di bisogno procacciarsi ricchezza, con violenza e frode se le prenderà,

e coltiverà persino le lettere per bramosia di lucro.

Aggiungasi ancora l'autorità dei genitori, i quali al giovane impongono i loro voleri,

(a) *Ra* incipientes (b) *B* nec quorum (c) *P* *Ra* honores aut emolumenta (d) *B* *P* prebent (e) *Codd.* imperitatem *PM* c. 117 n.: «Uterque codex id habet. Forte impletatem» *Combi* improbitatem (f) *B* non eius *Il Sabbadini* propone tantamque, iuxta exist. reliq. hom., (impletatem) imperitantem concipit, num (= nonne) eius in mentem... conformare? (g) *P* deesse (h) *B* efficeret